



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta**

**Neuhusii Paderbornae, 1710**

Annus 1647.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29436**

quot annos captus alloquio captivorum Christianorū, capeſſendæ Religionis Chriſtianæ deſiderio, clam fuga ex Tuneto in Siciliam ſe proripuerat, & à PP. Soc. Jeſu rite inſtructus ſacro fonte ablutus fuerat.

*ANNUS 1647.*

**C**Oloniensis & Bavarus Electores ineunt inducias particulares cum Suecis, eorūque fœderatis non ſine indignatione Cæſaris, quibus tamen paulo poſt, quod pactis non ſtaretur à Suecis, renunciatum ab utroque Electore, & arma ruruſum ſociata Cæſari.

Wrangelius irrita obſidione 2. menſiū premit Lindavium ad lacum Acronianum, in Franconia tamen expugnat Schweinfurtum & ad fines Bohemiæ Egram; majora meditatūſ reprimitur ab Holzapfelio Archiſtratego Cæſaris, & in Haſſiam rejicitur; ibidem à Cæſarianis Marpurgum expugnatum & à militibus direptum.

Scoti tradunt Regem Angliſ ea tamen expreſſa lege, utrinque juratò firmata, ne quid gravius ſtatuatur in perſonam Regis, qua tamen perfidè violata infelix Carolus à perduellibus Duumviris à carcere ad carcerem ignominioſè raptatur, incaluſſum laborante pro ejus liberatione nobilitate.

Neapoli

Neapoli gravissimè hoc anno tumultua-  
tum à plebe ob immoderatas exactiones,  
& auctas enormiter gabellas, Duce vili,  
quodam Piscatore Thoma Aniello, qui sti-  
patus factiosorum turba vectigalia passim  
sustulit, & in obstantes sine delectu ferro &  
rapinis desæviit, extorti tamen brevi cum  
vita fasces furioso rebeli, caput suffixum  
hastæ, cadaver tractum per urbem; sup-  
pressus inde non nihil tumultus, non sub-  
latus.

Hollandi pacem petunt & impetrant à  
Rege Catholico, retenta nova Reipublicæ  
forma post 80 annorum rebellionem.

In Dalmatia Veneti prosperè bellum ge-  
runt cum Turcis, Xomonicum occupant,  
Novigradum recuperant, Scardonam capi-  
unt & Sebenicium repulsis Barbaris fortiter  
propugnant.

Defuncto Anselmo Casimiro evehitur  
ad septemviratum Moguntinum communi  
suffragantium consensione ex nobilissima  
Schônborniorum familia Joannes Philip-  
pus Episcopus Herbipolensis, qui rebus pro  
Germaniæ quiete & incolumitate præclare  
& feliciter gestis per totum imperium cum  
insigni nominis, priscae sinceritatis, & maru-  
ræ prudentiæ fama inclaruit. E